

Hebdomada vigesima per annum

Dominica, anno B

605

Tunc respóndens Iesus, ait illi: « O múlier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis ». Et sanáta est filia illius ex illa hora.

Verbum Dómini.

Anno B

Lectio prima

*Comedite panem meum, et bibite vinum
quod miscui vobis.*

Léctio libri Proverbiorum

9, 1-6

Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem, immolávit víctimas suas, míscuit vinum et propósuit mensam suam; misit ancíllas suas ut vocárent ad arcem et ad mécenia civitátis: « Si quis est párvulus, véniat ad me ».

Et insipiéntibus locúta est: « Veníte, comédite pa-nem meum, et bíbete vinum quod míscui vobis; relín-quite infántiam et vivíte et ambuláte per vias pru-déntiæ ». — Verbum Dómini.

Psalmus responsorius

Ps 33, 2-3. 10-11. 12-13. 14-15 (¶.: 9 a)

¶. Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

1 Benedícám Dóminum in omni témpore,
semper laus eius in ore meo.

3 In Dómino gloriábitur ánima mea,
áudiant mansuéti et læténtrur. ¶.

10 Timéte Dóminum, sancti eius,
quóniam non est inópia timéntibus eum.

11 Dívites eguérunt et esuriérunt,
inquiréntes autem Dóminum
non defícient omni bono. ¶.

12 Veníte, filii, audíte me:
timórem Dómini docébo vos.

13 Quis est homo qui vult vitam,
díligit dies ut vídeat bonum? ¶.

14 Próhibe linguam tuam a malo,
et lábia tua ne loquántur dolum.

15 Divérte a malo et fac bonum,
inquíre pacem et perséquere eam. ¶.

THE EDITORS LEFT NO STONE unturned in their quest for the best versions of these ancient Catholic hymns, combing through centuries of English translations from the sixteenth century to the present day. In the process, they have revealed much little-known material, and some that is published in a hymnal for the first time. [They] navigate this difficult terrain with assurance; indeed, the editors' explanation of the Urbanite reform and its impact on English translators is a model of clarity, and contains information this reviewer has not encountered elsewhere.

—Dr. Aaron James: 2019 review of the *Brébeuf Catholic Hymnal* in the Journal of the Society for Catholic Liturgy • <https://ccwatershed.org/hymn/>